Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-526138-p0001-7

~~G. W.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-58.
SIGNAT. cIↄIↄCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-526138-p0002-2

63

MEMORIA
ANDREÆ KOHLII,
olim Seren. Elect. Brandeb. Conſiliarii
& Procancellarii,

ORATIONE PUBLICA

renovabitur
In Gymnaſio noſtro ad d. 24. Novembr.
hor. 8. antem.
Hanc ut benevolè
DN. PATRONI, FAUTORES
ET AMICI,
audire velint,
maximo rogat opere
M. ADAM Erdmann MIRUS,
Gymn. Con-R.

Cum Il. Sol.
h. m. Michael.

SIc hoc reſtabat diſperſis per Galliam Reformatis, ut novam ſubire tempeſtatem, novis luctari procellis cogerentur. Stupent improviſo malo, qvi tantâ tamq́ acerbâ premuntur perſecutione, & elevatis in cœlum manibus, Deum quibuscunq́; poſſunt modis, ſolicitant, ut eos ex iniquiſſima hac conditione eripere, in libertatemq; vindicare velit. Adeò exacerbatū Regis animum in ſe vident, ut omnem operam, curam, induſtriam, cogitationem, mentem deniq́; omnem in iſtorum pernitiem excidiumq́; convertat. Inſiſtit Juliani Apoſtatæ veſtigiis, qvi qvod fraude non poterat in premendis opprimendisq́; Chriſtianis, apertâ vi atq; crudelitate exeqvebatur. Qvid enim doli perniti-

tioſiſſimi hactenus fingi aut excogitari potuit, qvo Rex Galliæ non uſus fuerit in delendo ac funditus extirpando Reformatorum nomine? Templa vel diruit vel è manibus extorſit. Scholæ iſtorum partim clauſæ, partim Pontificiis adjudicatæ cernuntur. Eos deturbavit vi, qvi publicis præfuerunt officiis, ad ampliſſimosq; dignitatum gradus evexit, qvi eiuratâ Reformatorum religione, Romanæ Eccleſiæ nomen dederunt. Immodicis deniq; tributis graviſſimisq; exactionibus miſeros ita preſſit, ut ab omni humanitate qvam maximè alienus videatur. Neq; tamen his ſe limitibus exacerbatus Regis animus continuit. Apertâ vi & crudeliſſimâ tyrannide nunc Reformatos aggredi cœpit. Per omnes ætates atq; ordines licentia militum, qvos ad hoc munus exeqvendum adhibet, ita graſſatur, ut illi nec impuberum

la-

lamentationibus, nec ſupplicibus adultorum precibus inhiberi poſſint. Nulla calamitatis facies afflictis deeſt. Furor eo graviora tormentorum genera executoribus ſuppeditat, qvo diuitius Reformati circumſtantibus malis urgentur. Memores tantæ tamq; iniquæ perſecutionis, animum afferimus triſtiſſimũ, eumq; Otione exponere cupimus ad d. 24. Nov, in qva manes Beatiſſimi Kohlii nobis dicendi leges imponunt. Ut vero præſentes Dn. PATRONI, FAUTORES ET AMICI adſint, & benevolas nobis præbeant aures, eſt, qvod majorem in modum rogantes contendimus, ad qvævis officia promtiſſimi ac paratiſſimi.

Ung. VI 58 (1)

ULB Halle 3
002 686 287

56,

VD17
Sep. 2000 Pd.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-526138-p0007-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-526138-p0008-6

RIA

OHLII,

leb. Conſiliarii

rii,

IONE

ICA

tur

. 24. *Novembr.*

m.

volè

FAUTORES

CI,

bere

ann MIRUS,

-R.